& quae prius delectabant animum · fiunt postmodum uehe-
menter onerosa; Nihil eius mestitiam consolatur quousq; ad
huc quod desideratur non aspicitur; Meret mens · lux ipsa
fastidio est; Taliq; igne in mente decoquitur rubigo culpae.
& succensus animus · quasi aurum more quapusu speciem p di
dit · per incendium clarescit; Stat itaq; quae sic amat · quae se
ad monumentum quod p spexerat iterum inclinat; Videa
mus quo fructu uis amoris in ea ingeminat · opus inquisitionis;
Sequitur; Vidit duos angelos in albis sedentes · unum
ad caput · & unũ ad pedes · ubi positum fuerat corpus ihu ;
Quid est quod in loco dominici corporis · duo angeli uidentur ·
unus ad caput atque alius ad pedes sedens ;~ Nisi quod la
tina lingua angelus nuntius dicitur · & ille ex passione sua
nuntiandus erat · qui & ds est ante saecula · & homo in fine
saeculorum; quasi ad caput sed& angelus cũ per apostolum
praedicatur · Quia in principio erat uerbum & uerbũ erat
apud dm̃ · & ds erat uerbum ; & quasi ad pedes sedit ange-
lus cũ dicit · Verbum caro factum est & habitabit in nobis ·
possumus & iam p duos angelos duo testamenta cognoscere · Vnũ
prius & aliud sequens · qui uidelic& angeli per locũ dominici
corporis sibim& sunt coniuncta ; Quia nimirum utraque tes
tamenta dum pari sensu incarnatum & mortuũ ac resurrex
isse dnm nuntiant · quasi testamentũ prius ad caput · & tes
tamentum posterius ad pedes sed&; Unde & duo cherubin quae
ppitiatorium tegunt · sese inuicem aspiciunt · uersis uultibus
in ppitiatoriũ · Cherubin quippe plenitudo scientiae dicitur ·
& quid p duo cherubim nisi utraq; testamenta signantur ~
Quid uero p propitiatorium · nisi incarnatus dns figuratur ~
De quo iohannes ait ; Ipse est enim propitiatio p peccatis nris ;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0024